



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCCCXI. König Woldemar von Dänemark giebt dem Ritter Otto Schenk von  
Schenkendorf Vollmacht, von dem Deutschen Orden noch 200 Mark Silber  
zu erheben, am 21. Oktober 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

igitur donationem, venditionem et traditionem atque renunciationem et omnia ac singula supra-scripta, rite et rationabiliter per nos facta, antedictis magistro et fratribus pro se suisque successoribus stipulantibus promittimus bona fide perpetuo firmam, rata et grata habere, tenere et adimplere nec vnquam contrafacere venire vel infringere in toto vel in parte per nos vel alium aliqua ratione causa vel ingenio, de jure vel de facto, renunciantes in hys omnibus et singulis ex certa scientia exceptioni doli mali et in factum actioni, literis et indulgentiis apostolicis et Imperialibus seu a Romanis Regibus impetratis vel etiam impetrandis, consuetudinibus quibuscunque et in summa omni auxilio juris canonici et ciuilibus, per quod nobis, heredibus aut successoribus nostris suffragium dictisque magistro et fratribus aut eorum successoribus prejudicium possit quomodolibet generari. In quorum testimonium et robur perpetuum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero hujus rei sunt: Nobilis vir Johannes Burggrauus de Norenberg strenuque Albertus de Wolffstein, Fridericus de Lochin, Wilhelmus Bombrecht pincerna noster, Beringerus Hele marschalcus noster, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum in ciuitate nostra Tangermund anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, feria quinta diei sancti Mathei apostoli et Ewangeliste.

DCCCXI. König Woldemar von Dänemark giebt dem Ritter Otto Schenk von Schenkendorf Vollmacht, von dem Deutschen Orden noch 200 Mark Silber zu erheben, am 21. Oktober 1346.

Woldemarus, Dei gratia Danorum, Slauorumque Rex, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Constare volumus euidentius, quod si religiosus et discretus vir frater Henricus Tusmer, magister generalis ordinis sancte Marie domus Theuthonicorum Jherosolymitane, exhibitori presentis, Ottoni Scencken de Skenkendorp, militi, ducentas marcas puri argenti nostri nomine erogauerit et persoluerit, ex tunc dictum magistrum generalem, preceptores et ordinem antedictum de ducentis marcis puri argenti quitum et excusatum seu excusatos dimittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Roskildis, anno domini M. CCC. XLVI, die vndecim milium virginum.

Aus der Dreger'schen handschr. Urkunden-Sammlung.

DCCCXII. Herzog Magnus von Braunschweig verbindet sich mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg auf vier Jahre, am 14. November 1346.

We Magnus, (Hertoge to Brunswig vnde Luneborch) etc., dat we vns verbunden hebben to Margrauen Lodewige van Brandeborch etc. in sulker wys,  
24\*